UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VI. de Judæis, Saracenis, & eorum servis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

in ſingulis Eccleſiis cathedralibus deligatur Magiſter aliquis ad docendum Theologiam, vel etiam in aliis Eccleſiis, qui Grammaticam doceat, cui ſalarii loco aſſignatur fructus annuus Præbendæ. Idque cum privilegio, ut & Magiſtri S. Theol. & ſtudioſi abſentes per quinquennium continuum recipiant integre proventus beneficiorum ſuorum.

d. c. 1. & 4. h. t. c. ult. in fine h. t. Vide Conc. Trid. Seſſ. de reform. c. 1.

De Judæis, Sarracenis, & eorum ſervis.

TIT. VI.

1. *Quos hic vocas Judæos, & quos Sarracenos?*

Judæorum nomen hoc loco non tam gentis eſt, quam impiæ & nefariæ ſectæ. Nam Judæi, licet olim verum Deum colerent, & feſta legalia, veteri Teſtamento ad literam ſuperſtitioſe intellecto, obſervare hodieque utcunque ſoleant: in hoc tamen maxime nefarii ſunt & impii in Deum, quod Chriſtum Dominum negent eſſe verum Deum: *Sarraceni* vero (quo nomine veniunt hic Turcæ, Perſæ, Tartari, Arabes, cæterique Mahometicæ ſectæ addicti) nec vetus nec novum Teſtamentum recipiunt, & nefarie quoque peccant, Chriſtum negan-

Levit. 13.

Niceph. tes Salvatorem. Dicti autem Saracen
*lib.*11.*c.*47. vel a *Sara* legitima uxore Abrahæ ve
lib. 6. *var.* potius a *Sarraco*, urbe Arabiæ: nam Sa-
hiſt. c. 28. racenorum gentem inter Arabes nu-
rat etiam Plinius.

2. Cur igitur Judæi permittuntur vivere inter Chriſtianos?

Propter ſpem converſionis ad fidem, quam de iis conceperunt Principes Chriſtiani: qui propterea, præter manſionem, & aria illis conceſſerunt. Quædam etiam iisdem interdicta & negata
*c.*7. *h. t.* & ſunt. Conceſſum eſt, ut legibus ſuis in-
l. ult. C. ter ſe vivant, ut ſynagogas ſuas habeant
eod. tit. veteresque reficiant & fulciant, non etiam novas ædificent: ita tamen, ut ex hujusmodi conceſſione non inſoleſcant, &
c. 4. *h. t.* ſcandalo ſint Chriſtianis.

3. Quæ interdicta & negata ſunt Judæis inter Chriſtianos degentibus?

c. 16. & 18. I. Arcentur ab omnibus honori-
h.t.d.l.ult. bus, dignitatibus atque officiis publicis.
eod. II. Prohibentur die Paraſceves prodire in publicum, totoque illo die oſtia vel feneſtras habere apertas, ne occaſio ſit
c. 4. & 15. illud Chriſtianis in contemptum Crea-
*h.t. c.*2. & toris ac Redemptoris ſui. III. Prohi-
5. *h.*5. *l.*56. bentur inſuper in domo dominioque ſu...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſvos habere Chriſtianos. IV. Interdi-
ſum, ne Judæis cum Chriſtiana, aut con-
ra, matrimonio jungatur, aut alias com-
miſceatur. Denique interdicta eſt Chri- *can. Caut.*
ſtianis omnibus omnis familiaritas & do- *& can. Si*
meſtica conſuetudo cum Judæis, ſub pœ- *quis Judai*
na excommunicationis, ne conſuetudine *næ XXVII*
vitæ pelliciantur vel ad Judaiſmum, vel *q. L. d. c. 5.*
ad Paganiſmum, Exceptis Clericis & Re- *c. 8. & 13.*
ligioſis, qui a ſuperioribus ſuis ad prædi *h. t.*
candum Evangelium Judæis & Sarracenis
mittuntur.

De Hæreticis.

TIT. VII.

Differunt a Judæis ac Sarracenis Hære-
tici, quod hæretici contradictores ſint *d. c. 8. c. 10.*
fidei ſemel in baptiſmo ſuſceptæ; illi *eod.*
vero, quam nunquam ſuſceperunt, cæ-
camenta oppugnent.

1. *Hæreſis quid & unde dicta?*

HÆreſis eſt de aliquo dogmate falſo,
fidei orthodoxæ contrario firmata
opinio, Dicta ab Electione, quod eam ſibi *can. Hære-*
quisque doctrinam eligat, quam putat eſ- *ſis XXIV.*
ſe meliorem, a Græco verbo αἱρέομαι, id *q. 3.*
eſt, *Eligo*: unde *Hæreſis* ſive *Secta*, nomen
olim neque odioſum, neque apud vulgus
infame, prout hodie.